

DECISIONVM AVREARVM MAG. REG. CVR. REGNI SICILIAE.

Liber Vnicus.

AVCTORE DON NICOLAO INTRIGLIOLO

PATRITIO CATINENSI

Iurifconsulto Consumatissimo,

OLIM IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO VESPERTINIS

Horis maximo omnium applausu lura Ciuilia publicè interpretante,

ET IN MAG. REG. CVR. ADVOCATO, ET CONSULTORE VERACISSIMO,
& quater summa cum Dignitate eiusdem Magnae Regiae Curiae Iudicis,
ac Consiliarij Regij officio functo.

Cum Argumentis, Summarijs, Numeris, & Indice materiarum locupletissimo.

EDITIO TERTIA.



PANORMI,

Ex Typographia Io. Baptistae Maringhi.

Impr. de la Riba & Co. Gen.

M. DC. XXXI.

Impr. de Blasch. P.



S P E C T. V. I. D.


IOANNI BAPTISTAE

O D D I

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

CARDINALIS DORIAE

Panormitani Antistitis olim Assessori integerrimo, nunc quartum Panormitanæ
Vrbis Iudici.



Ioannes Baptista Maringus Bibliothecarius.



UPERIORIBVS annis sub auspicio tui nominis Horoscopo Caroli
de Grassis Iurisprudentiæ Doctoris impressæ Exceptiones quasi compa-
ctæ Naues e Typographiæ tandem portu soluerunt meo. Ad Docto-
rum ferè omnium Bibliothecas summa, cū animorum gratulatione, tam-
quā in fidas stationes appulerunt. Augustali felicitatis portu perfrun-
tur. Gaudis enim uerò immortaliter oleum, ac operam non perdidisti; sub
glorioso tutelari Auctor non inglorius. Exantlatus Typographi gratus labor. Gratum
hoc opus gratius, & illud Intriglioli Maximè desideratur, quò legum rursus enauiget
Oceanum sub tuo eodem sydere Spect. Oddi huic enauigandum. Tu Elice, tu Cyno-
sura. Te obsecundante vela pendentur, nullus difficultatum scopulus nulla tempesta-
ris pertimescenda vis est. in iuris prudentiæ Pelago tua auctoritas singularis; in legibus
interpretandis, in muneribus obeundis floret, viget. Tutum illud, & quidem iuris pru-
dentia (cum sis nemini secundus. hoc pace tuā dictum velim sinè fūco, fallacia, & dolo
more maiorum) te suum confitetur ducem, & strenuum, & nauum publica iuris Munia
integerrimum. adeo enim Eminentissimus, ac Reuerendiss. D. D. Ioannettinus Doria
Purpuratorum Patrum splendor, & gloria de tuā integritate, ac virtute de quā per quin-
quennium iam periculum fecerat satis ille confusus, vt se se Panormo discedente, eiusquē
Vicario ab hac eadem Vrbe distante, tibi dumtaxat vni, tuæquē tantum fidei totam Ec-

DON NICOLAI

INTRIGLIOLI

PATRITII CATINENSIS,

IVRISCONSULTI CONSUMMATISSIMI,

DECISIONVM M. R. C.

REGNI SICILIAE.

Liber Vnicus.

ARGVMENTVM.

Agenti ex pacto de retrovendendo, quando
denegatur feudi restitutio.

SVMMARIVM.

Retrouenditio impeditur non satis factis meliorationibus in repetita factis, n. 1.

Meliorationes, de quibus constaret in processu, etiam iniqua impedirent fieri restitutionem rei, nu. 2. etiam oblata fideiussione, n. 3. contra, n. 8.

Depositum debet fieri de pecunijs eiusdem qualitatis, bonitatis, & valoris iuxta pactum contrahentium, & vniuersale ius, n. 4.

Depositum confessatum de cuius numeratione constat alijs, quàm per confessionem depositarij, nō gaudet privilegio veri depositi, n. 5.

Depositum nō dicitur legitimū, si eius deponentes finis perciperent, n. 6. declara, n. 17.

Depositum non integrum, seu aliter in legitimum perit periculo deponentium indistincte, n. 7.

Cap. Regni Regis Caroli 24. non habet clausulā, solutis prius meliorationibus, n. 9. ratio, n. 10.

Meliorationes in mensa maxime stante paupertate pactis non possunt impedire restitutionē rei, n. 11.

Meliorationes debet esse vtilis, vel necessaria, ut impediant restitutionem feudi, n. 12.

Meliorationes debet fieri in re, nō extra rem, ut ipsius impediant restitutionem, n. 13.

Bankerij habiti tēpore non sunt verē depositarij, 14. Depositarij veri qui dicantur, n. 15.

Depositum actio oritur ex sola confessione perueniarum, quam irregularis, n. 16.

Bankus dicitur tutus in spello tempore depositionis, quo omnes de eo confidebant, n. 18.

Cap. Regni Regis Caroli 256. tollit omnia pacta, difficilem reddentia retrovenditionem, n. 19.

Consuetudo generalis permittit solutionem fieri posse in qualibet specie monetae, iuxta valorem antiquioris receptae, nu. 20.

Legitimitas personae requiritur in quocunq; iudicio, etiam exequuntio, n. 21.

Verbu posteris intelligitur in materia feudali de primogenitis, non etiam de omnibus successoribus, nu. 22. Et in illis verbis successoribus, exigit concursum vtriusq; qualitatis, scilicet quod sit haeres, & quod sit de primogenitis contrahentis, n. 23. declara, n. 30.

Cessionarius succedit in vniuersum ius cedentis, n. 24.

Ius primogeniturae nō est cessibile, n. 25. contra, n. 30.

Pactū personale nō extenditur ad alias personas, n. 26.

Cessionarius nō obtinet ius cessum, si non habet annexas qualitates cedentis, n. 27.

Actio ex stipulatu est personalis, n. 28.

Et non transit ad tertium venientem iure proprio, n. 29.

Cap. Regni Regis Caroli 256. & 214. concedit successoribus feudi ex pacto, & providentia actionem ad retrouendendum, reiectis omnibus alijs pactis, praeter simplicem conventionem ipsam reddimendi, n. 31. 37. & 39.

Lex ubi est clara, non datur dubitationi locus, n. 32.

Successorum appellatione in contractibus, venit etiam singularis successor, n. 33.